

## Band I., Nr. 126, Seite 148-149

*König Ludwig (der Deutsche) erhebt den dem Bischof Samuel und seiner Kirche zu Worms gehörigen Ort Wimpfen zur Immunität und bestimmt zugleich genau den Umfang dieser Immunität.*

Frankfurt, 856. August 20.

In nomine domini nostri Jesu Christi. Hludovicus divina providente clementia rex. Si petitiones sacerdotum dei, quas ad nostram notitiam de necessitatibus ecclesiarum sibi commissarum pertulerint, ad effectum perducimus, hoc nobis incunctanter et ad temporalis regni statum, et ad aeternae beatitudinis incrementa profuturum confidimus. Idcirco omnium dei nostrique fidelium, praesentium videlicet et futurorum, noverit magnitudo, quia vir venerabilis Samuel, Vangionum urbis episcopus, excellentiam nostram adiens, querula voce retulit, quod regiae potestatis procuratores et exactores atque comites frequens incommodum sibi facerent in rebus ac locis ad Wimpinam respicientibus. Nos igitur divino tacti amore, pro aeternae mercedis augmento nostrique regni stabilitate, ad basilicam sancti Petri, principis apostolorum, quae in Vangionum urbe constructa est, per petitionem eiusdem praefati Samuelis episcopi, sub integra emunitatis tuitione donavimus atque concessimus, ut nullus noster aut successorum nostrorum comes, aut aliquis publicus iudex in rebus aut locis ad Wimpinam aspicientibus, quae certis nominibus et signis subnotantur, nec ad causas audiendas, nec homines ipsius ecclesiae, tam ingenuos quam et servientes, dstring[en]dos placitum, vel aliquid incommodum audeat facere, sive aliquam deinceps potestatem in eisdem locis et rebus, nisi ad partem et utilitatem ecclesiae, habeat; sed ipse pontifex Samuel et successores sui hoc habeant concessum atque indultum quieto ordine possidere atque dominari quod partibus fisci nostri fuit consuetudo retinendi. Quae emunitas in eo loco incipit, ubi ille fons in fluvium Neckar labitur, qui defluit de villa Iseinsheim<sup>1</sup>, et sic sursum tendit usque ad ortum ejusdem fontis, et ex ipso fonte tendit deorsum Kienbach, et de Kienbach pergit deorsum usque per mediam villam Biberaha, et de Biberaha pergit unam vallem usque ad quercum, quae sita est ad villam Eychusa, et de Eychuson tendit excelsam plateam usque ad duos tumulos, et de tumulis<sup>2</sup> tendit omnem viam usque ad Kirichbach<sup>3</sup>, et de Kirichbach pergit deorsum in villam Gruonbach,

<sup>1</sup>Untereisesheim, Untereisesheim, HN.

<sup>2</sup>Zwei Grabhügel nördlich von Fürfeld, Bad Rappenau, HN.

<sup>3</sup>Ohne Zweifel ist der Ursprung des Bachs gemeint, der durch Kichardt, Kirchartd, HN, fließt.

## II

et de Gruonbach tendit deorsum usque ad finem Dunberges<sup>4</sup>, et de Dunberge usque ad caminum calcis<sup>5</sup>, et de camino usque ad villam Offensegal<sup>6</sup>, et de Offensegal usque ad Mittel-wisa, et de Mittel-wisa ad Ruodelachesewe<sup>7</sup>, et de Ruodelachesewe usque ad illum locum ubi Michelenbach cadit in Suartzaha, et de Suartzaha sursum usque in Helmstat, et de Helmstat sursum usque Wollenberge, et de Wollenberge ad Mullenbach<sup>8</sup>, et de Mullenbach in medium fundi Neckaris, et omnem fluvium Neckaris usque ad fontem qui fluit per Ysenesheim in Neckar. Eandem potestatem praefatae ecclesiae concessimus in villis ex utraque parte Neckaris, quae aut per totum, aut ex maxima parte ad Winpinam pertinent. Similiter in his villis, ubi quatuor, vel tres, sive duas hobas habent, nihil regiae potestatis aut comes, vel iudex retineat; sed totum ad manus episcopi eiusque advocati respiciat. Et ut haec emunitatis tuitio firma stabilisque sub perpetua defensione permaneat, manus nostrae subscriptione eam decrevimus roborari, nostrique anuli impressione sigillare iussimus.

Datum XIII. kalendas Septembris anno XXIII. regni Hludovici serenissimi regis in orientali Francia regnantis, indictione IIII.<sup>9</sup>

Actum Franconofurt, palatio regio, in dei nomine feliciter. Amen.

---

Der Textabdruck erfolgt aus JOHANN FRIEDRICH SCHANNAT: *Historia episcopatus Wormatiensis, Pontificum Romanorum bullis, regum, imperatorum diplomatibus, episcoporum ac principum chartis [...] asserta ac illustrata*, 2 Bde., Frankfurt am Main 1734, Bd. 2, Nr. 8.

Die Urkunde ist in mehreren Abschriften überliefert. Die älteste findet sich im Chartul. Wormatiensis aus der Mitte des 12. Jahrhunderts, fol. 6, in der vormaligen Königlichen und Provinzialbibliothek zu Hannover. Eine Abschrift vom Anfang des 14. Jahrhunderts ist im Kapitelarchiv zu Pisa, eine weitere Abschrift im *Liber*

---

<sup>4</sup>Der Dombachwald.

<sup>5</sup>Eine Römerstraße, die zwischen dem Eulenhof, Sinsheim, HD, und dem Rauhof, Sinsheim, HD, sich hindurchzieht.

<sup>6</sup>*Offensegal*, abgeg. Ort, vielleicht auf dem Platz des heutigen Adersbach, Sinsheim, HD.

<sup>7</sup>*de Mittel-wisa ad Ruodelachesewe*, diese beiden lNamen finden sich heute nicht mehr. Die Grenze scheint unmittelbar hinter Neckarbischofsheim, Neckarbeischofsheim, HD, längs des Krebsbachs hinuntergegangen zu sein.

<sup>8</sup>Neckarmühlbach, Haßmersheim, MOS.

<sup>9</sup>Die Indiktion und die angegebene Zahl der Regierungsjahr Ludwigs passen genau zu dem Jahr 856.

### III

*privilegiorum ecclesiae Wormatiensis*, einer Pergamenthandschrift des 15. Jahrhunderts im Archiv zu Hessen-Darmstadt, wo die Urkunde fol. 268 eingerückt ist. Ein Vergleich dieser Abschrift mit der hier abgedruckten Urkunde zeigt mehrere kleinere Wortabweichungen.

## Überlieferung und Publikationen

### Überlieferung und Textkritik:

Liber privilegiorum ecclesiae Wormatiensis (vgl. WUB, Bd. II, S. 445) im Hessischen StA Darmstadt.

### Editionen:

LUDOVICO ANTONIO MURATORI: *Antiquitates Italicae medii aevi, si-ve dissertationes de moribus, ritibus, religione, regimine, magistratibus, legibus [...] aliisque faciem & mores Italici populi referentibus [...]*, 6 Bde., Mailand 1738-42 [ND Bologna 1965, Bd. 2, S. 449 (mit vielen Druckfehlern)]. *MONUMENTA GERMANIAE HISTORICA. DIE URKUNDEN DER DEUTSCHEN KAROLINGER, BD. 1: Die Urkunden Ludwigs des Deutschen, Karlmanns und Ludwigs des Jüngeren*, hrsg. Von Paul Fridolin Kehr, Berlin 1934 [2. unveränderte Aufl. Berlin 1955], S. 257 f., Nr. 179 (Fälschungshinweis nach Form und Inhalt).

### Regesten:

JOHANN FRIEDRICH BÖHMER: *Regesta Imperii Abt. 1: Die Regesten des Kaiserreichs unter den Karolingern 751-918*, Bd. 1, nach Johann Friedrich Böhmmer neu bearb. von Engelbert Mühlbacher, 2. Aufl. beendet von Joachim Lechner, Innsbruck 1908. [ND der 2. Aufl. H, Bd. 1, S. 597, Nr. 1419 (Fälschungshinweis nach Form und Inhalt)].

### Literatur:

THEODOR VON SICKEL: *Beiträge zur Diplomatik*, 8 Bde., Wien 1862-82 (Sitzungsberichte. Akademie der Wissenschaften in Wien. Philosophisch-Historische Klasse, 36, 39, 47, 49, 85, 93, 101), Bd. 1, S. 396 ff. (aus formellen und materiellen Gründen als verdächtig bezeichnet).

## Weitere Angaben

### Sprache:

Lateinisch

### Ausstellungsort:

Frankfurt

### Ortsindex:

Biberach Wohnplatz (1770)

Biberach, Heilbronn, HN

Eichhausen Wüstung (21824)  
Eichhausen, Bad Rappenau, HN, W  
Frankfurt am Main, F  
Grombach Wohnplatz (1816)  
Grombach, Bad Rappenau, HN  
Helmstadt Wohnplatz (6675)  
Helmstadt, Helmstadt-Bargen, HD  
Neckarmühlbach Wohnplatz (6048)  
Neckarmühlbach, Haßmersheim, MOS  
Offensegal  
Untereisesheim Wohnplatz (2217)  
Untereisesheim, HN  
Wimpfen am Berg Wohnplatz (1852)  
Wimpfen am Berg, Bad Wimpfen, HN  
Wollenberg Wohnplatz (1838)  
Wollenberg, Bad Rappenau, HN  
Worms, WO